



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1903.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll P2 [This Roll was previously named beta.]

Roll P2 [previously beta] (recto)

[Thursday] 13 April 1721


Manerium De
Dulwich in Comitatu Surrey

Cum

β

Ad Curiam Visus Franciplegii ^ Curia Baronum ibidem tenta decimo tertio die Aprilis
anno Regni Domini nostri Georgij Regis Magnæ Britanniae &c Septimo --- ---
Annoque Domini 1721 Coram Johanne Whishaw Generoso Deputato --- --- ---
Thome Fitz Ricardi Aston Armigeri Seneschali ibidem

[Juratores pro Domine Rege]



[Essononia nullus]

Willelmus Cranwell electus est per Juratores in officio Constabularius pro uno anno integro nunc proxime sequentem & perstitit[sic]
Sacramentum suum

Johannes Foy --- } Electi sunt per Juratores in Officio Headborroughs pro uno anno integro nunc proxime sequentem &
Edwardus Fassett } perstiterunt[sic] Sacramentum suum

Thomas Powis electus est in Officio de Aleconner pro uno anno integro nunc proxime sequentem & perstitit[sic] Sacramentum suum

Homagium { Samuel Hunter Armiger ----- } Jurati
Georgius Righton Generosus }

Cum ad Curiam tentam pro hoc Manerio vicesimo quinto die Aprilis Anno Domini 1689 Robertus Faireman de Parochia --- ---

Sancti Salvatoris Surry Pandoxator & Maria Uxor ejus Admissi fuerunt tenentes ad unum Custumarium messuagium cum pertinenciis

divisum in duobus Tenementa quorum alterum tunc fuit in tenuta sive occupacione Ricardi Perry & alterum tunc Vacuum & quatuor acras Customarias per estimacionem in duobus parcella Anglice Closes jacentes in Dulwich predicti ad usum eorumdem Roberti & Marie pro termino vite eorum & eorum superviventis & postea ad usum heredum & assignatorum superviventis eorum Qui -- -- quidam Robertus obiit in vita prefate Marie Cumque ad aliam Curiam tentam pro hoc Manerio nono die Aprilis Anno Domini – millesimo septingentesimo decimo nono compertum est quod predicta Maria sursum reddidit eadem premissa ad opus & usum Testamenti & ultime Voluntatis sue in scriptis Et quod per Testamentum sive Ultimam Voluntatem suam in Scriptis gerentem datum decimo octavo die Decembris Anno Domini millesimo Septingentesimo decimo nono recitantem sursum reddicionem predictam ad opus & usum ultime Voluntatis ipsius Marie & quosdam Articulos factos ante Maritagium ejusdem Marie cum quodam Ricardo Hawkins tunc Marito suo & potestatem & auctoritatem eidem Marie datam per Articulos predictos ipsa predicta Maria dedit & devisavit predicta premissa in hisce Anglicanis verbis sequentibus videlicet[†]. I do give direct limitt & appoint all that my Copyhold or Customary Messuage or Tenement now divided into two Tenements & all those my two closes peices or parcells of Customary Land containing by estimacion four acres be the same more or less now or late in the occupacion of John Allen & Elizabeth Willy or their undertennants holden of the said Mannor of Dulwich & all other Customary Messuages Lands Tenements & Hereditaments of or belonging unto me or which I have power to dispose of holden of the said Mannor of Dulwich with the appurtenances unto my loving Neice Martha Scott now wife of the said Samuel Scott & the heirs of her body & for default of such Issue unto my Nephew the said Samuel Scott for & during his naturall life cum diversis remaneriis inde in predicto Testamento sive ultime Voluntate prefate Marie Oneratis tamen cum solucione clare annualis Summe decem librarum per Annum cuidam Marthe Wilkins in dicto Testamento nominate pro & durante Termino vitæ suæ naturalis ad duo festa in quolibet anno videlicet ad Festum Annunciacionis beate Marie Virginis & Festum sancti Michaelis Archangeli per equales porciones prout per Copiam Testamenti predicti cum probacione inde sub sigillo Curie Prerogative Cantuarensis modo hic in Curia prolata & Homagio predicto in Evidencia ostensa plenius liquet & apparet Et quod post confeccionem Testamenti predicti & ante hanc Curiam prefata Maria tunc Uxor predicti Ricardi Hawkins de premissis predictis sic seisita obiit Quodque super ejus mortem accidit unum Herriotum debitum Dominis hujus Manerii Et modo ad hanc Curiam venit prefata Martha Scot Uxor predicti Samuelis Scot & humiliter petijt de Dominis se admitti

Tenens ad premissa predicta videlicet ad unum Customarium Messuagium cum pertinentiis nunc divisis in duo -- Tenementa -- in possessione cujusdam Johannis Reup & quatuor Acras terre Customarie per Estimacionem in duo --- parcellas Anglice --- Closes jacentes in Dulwich predicti secundum formam sursum reddicione & Testamenti predicti cui Domini Manerii predicti per Deputatem Senescallum suum predictum ad hanc Curiam concesserunt & liberaverunt inde seizinam per Virgam habendum & --- tenendum predictum Messuagium & cetera omnia & singula premissa cum pertinentiis prefate Marthe Uxor predicti -- -- -- Samuelis Scot & heredibus de corpore ejusdem Marthe legitime procreatis sive procreandis cum talibus aliis Remaneriis qualia in Testamento predicto nominantur ad Voluntatem Dominorum secundum consuetudinem Manerii predicti per redditus servicia & -- -- -- consuetudines inde prius debita & de jure consueta Et eadem Martha solvit Dominis de Fine pro admissione sua ad premissa inde habendum quinquaginta & duas libras & decem solidos Ac etiam quadraginta solidos in loco unius Herrioti nullus Animalibus inventis --- super premissa predicta Et admissa est inde tenens sed fidelitas respectuatur

Finis ljj^{xi}.x^s.
Herriot xxi.

Ad hanc Curiam licentia conceditur prefate Marthe ad dimittendum firma omnia sua Customaria tenementa

Finis inclusum & terras tenta de hoc Manerio cuilibet personæ vel personis pro termino viginti annorum a Festo die beate Marie Virginis
in Fine precedente ultimo preterito salvis semper Dominis Manerij predicti omnibus Eschaetis & advantagiis inde emergentibus ratione premissorum
Et dant Dominis pro licentia predicta prout patet in margine

Ac etiam ad hanc Curiam Domini Manerii predicti concesserunt licenciam Georgio Righton Generoso ad dimittendum omnia & Singula Customaria Messuagia terras & tenementa sua infra Manerium predictum alicui personæ vel personis pro aliquo --- -- --- termino annorum non excedente terminum Viginti & unius Annorum a Festo beate Marie Virginis ultimo preterito computandum Et --- prefatus Georgius Righton dat Dominis de fine pro hac licentia prout patet in margine

Finis iij^{xi}.iij^s.

Examinatu^r per 
Deputatem Seneschallum ibidem

End of P2 [previously beta] (recto). P2 [previously beta] (verso) follows below :]

Roll P2 [previously beta] (verso) is blank, apart from, at the top :]

1721



[End of Roll P2 [previously beta].]